UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

LXXIV. Die Markgrafen Ludwig der Aeltere und der Römer weisen der Stadt Königsberg, die ihre und König Woldemar's von Dänemark Pfänder ausgelöst hat, Hebungen dafür an, am 30. November 1349.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

LXXIV. Die Markgrafen Ludwig der Aeltere und der Römer weisen der Stadt Königsberg, die ihre und König Woldemar's von Dänemark Pfänder ausgelöst hat, Hebungen dafür an, am 30. November 1349.

Ludovicus et Ludouicus etc. prudentibus viris consulibus ciuitatis koningesberg in resusionem trecentorum talentorum denariorum brandenburgensium pro exsolucione siue quitacione pignorum sororii nostri karissimi, domini woldemari, regis danorum, et nostrorum quoque, pro nunc in ciuitate beniuole persolutorum vobis deputauimus et deputare decreuimus per presentes pensionem vestram annuam in festo beati Martini proxime venientis nobis debendam, deinde continue temporum succedentibus tam diu sine nostri, heredum nostrorum, quorumlibet officiatorum contradiccione seu obstaculo, vna cum contribucione, si quam toti terre siue aliis ciuitatibus nostris transoderam pro subsidio nobis faciendo generaliter inponeremus, secundum debitam et racionalem estimacionem, nobis tangentem, percipiendam seu tollendam, quousque vobis in premissis CCCC° libris denariorum et XXXVII libris denariorum in dampno de quibuslibet X talentis vnum talentum deputatum . . . . . computacione legittima . . . . . integraliter satisfactum. In cuius etc. Datum in Koningesberg, Anno M° CCC° XLIX°, feria II in die beati Andree Apostoli.

Aus v. Hackwitz'scher Abschrift.

LXXV. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Königsberg zum Dank für ihre Treue das Dorf Bernekow, am 2. Dezember 1349.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie et karinthie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Tyrolis et Goricie Comes, nec non Ecclesiarum Aquileyensis, Tridentinensis et Brixinensis Advocatus, Pensantes fidelitatis constantiam per discretos Viros Consules Civitatis Königsberg, fideles et sincere nostros dilectos, nobis in disturbii tempore per totam Marchiam plerumque suborti, fideliter impensis (sic) perpetuisque temporibus nobis heredibusque nostris fidelius exhibendis, quibus moti in resusionem et condignam remunerationem premissorum predictis Consulibus presentibus et futuris et Civitati nostre Königsberg prenotate villam dictam Bernekow cum singulis et vniuersis suis pertinentiis, juribus, reditibus, commodis et honoribus qualitercunque nominatis, nobis spectantibus in eadem villa, jam actu vacantibus, sicut ea singula premissa hactenus tenuimus et possedimus, appropriavimus et appropriare decrevimus, in antea predictis consulibus et civitati perpetuis temporibus sine inquietatione seu impedimento quibuslibet civili jure debitoque appropriationis titulo quiete et pacifice pertinendam, sic tamen, quod Vasallos nostros in eadem Villa redditus habentes, taliter pertractent et cum ipsis taliter teneant, ut proinde nobis ad gratiarum debeant assurgere actiones. Renunciantes vero solenni renunciatione omni juri, actioni ac impetitioni, que nobis, heredibus ac successoribus nostris in premissa villa et singulis suis